



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

96. De progressu & seminario Ecclesiae Traiectensis sub Willibrordo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

DISSERTATIO LXXXVI.

De progressu & seminario Ecclesiæ Traiectensis
sub Willibrordo.

Sanctus Willibrord. ab inito Episcopatu Collegiū suum Clericorum institutum ita adaptavit, ut in eo florent viri sanctitate, eruditione conspicui, ordinatis etiam palæstris in quibus docerentur Neophyti tā indigenę, quam aduenę, suo tēpore in Ecclesiæ messera mittendi. Noluit omittere consultissimus Pater quod in alijs Canonorum Collegijs consue- tum erat, nimirum, esse scholas quarum summā curam gerebat Episcopus, in quibus iuventus tam in litteris quam in moribus grauitur poliretur, ad Ecclesiarum regimina prepararetur. Traiectensis conuentus istoc in genere plurimum efflorescens boni sui odoris fama plurimos etiam ex Britannia ad se alliciebat. De hoc præclaro seminario Guilielmus Heda in Sancto Willibrordo: *Hac autem Ecclesia à primordio sanctissimis viris illico frequent abatur, qui in omni genere doctrinae & scientia, ac secularis nobilitatis splendore præcelluerunt: Nam & oratorum & Rhetorum illuc magnus confluebat catus, ut legitur: Fuere enim, ut semel recensitos omit- tam, Winfridus Canonicus qui Bonifacius postea Maguntinus Archiepiscopus & Willibrordo successit in Episcopatu Traiectensi: Wi- ro Episcopus Deyrorum, Plehelmus Episcopus Massa Candida, Eo- banus Comes, Willericus. Gerardus, Theodoricus & Boso Presby- teri, Othgerus Leuita; Gregorius verò & Albricus & pleriq; alij glo- riosi viri, qui regio & alto sanguinem originem duxere, prout vi- debimus in sequentibus. Ita ut, sicuti Sulpitius Severus testatur de
excellencia*

excellencia Ecclesie Sancti Martini Turonensis, vix aliqua ciuitas vel Ecclesia fuerit, qua de Traiectensi Clero non peteret sibi sacerdotem: Nam Bonifacius ad Moguntiaci, Gregorius & Albricus ad Colonia Agrippina, & successu temporis alij ad alias Ecclesias regendas acciti sunt, ut patebit suo loco.

De eiusdem magnifico progressu sic Becanus: Hec utiq; sancta Traiectensis Ecclesia merito regia plantatio dicta est qua multis Regalibus pradijs ac Imperialibus priuilegijs adornata est, in qua plures sacro sancti Patres pristinis florere temporibus, qui tam in morte quam in vita multis miraculorum claruere virtutibus. In hac quidem Ecclesia largè prabendati sunt veneranda dignitatis Canonici, qui in horis nocturnis, siue Diurnis continue non tacebunt laudare nomen Domini: In hac insuper Ecclesia multa Sanctorum corpora de diuersis Sanctuarijs & reliquijs venerantur, in qua nihilominus duorum prapotentium Imperatorum conssepulta viscera reconduntur. Adeo augustos successus edidit hoc neophyterium ut Reges & Principes in sui amorem traheret, ab illis donis & honoribus nobilitaretur. In hoc Winfridus alias Bonifacius Apostolatus sui Germanici: S. Wilho Frisius doctrinæ sua tyrocinia sub S. Willibrordo posuerunt.

T 12

DISSERT.